

Aa

Aaa

6.x

Index Alphabeticus Titulorum, sive Materiarum in hoc opere contentarum.

A.

Index Alphabeticus Titulorum, sive Materiarum, in hoc opere quae continentur.

A. ~~Tomus~~ 1mus. paginâ.

IV

VI

G. Tomus 2dus.

H

I. Pag.

X

XIV

V



XVI

[illegible]
Vana gloria
Vanitas
Velum
Venatio
Venefici
Venenum
Venditio [illegible]
Venti
Ver
Verba
Verbositas
Verbum Dei
Verecundia
Veritas
Versus, seu carmina
Versutia
Vesper
Vespertilio
Vestes
Vexillum
Via
Vicarius
[illegible]
Victoria
[illegible]

[illegible]
729 Virga
[illegible]
[illegible]
730 [illegible]
731 Virtus
733 Visus
734 Vita Hominis
[illegible]
Unitas
[illegible]
[illegible]
[illegible]
74[illegible] Unus
[illegible]

Abnegatio sui ipsius.

Abnegaẽ e' sumã rerum oiũ vitã superioris oblivio, atq' á
suis voluptatib. recessio S. Bernard.

Abstinentia.

Semel in die comedere quasi vita Angelicae, bis vita hum͠a, pluries vita, jumentina sive vita brutor. S. Hugo card. in lib 4. alg. c. 4. Nescio hoc de femine Angelos q. Angelos e jejunare. S. August. serm. 1 de jejun.
Jejunium Angelorum cibus est atque eo vescitur merito Angelici admiscebit. S. Athan. de S. virg.
Quia res sit abstinea, Angelos ex hominibus facit. S Chrysost. hom. 13 in act.
Est virtus placidis abstinuisse bonis. Ovid. major e magnis abstinuisse fuit. Virg:
Sumpta cibus tanqm laedit medicina salutem,
At sumptus prodest ut medicina cibus Ovid.

Abusus verbo.

Academia.

Acedia

1mo. Acedia comparatur paralysi, quae facit membra arida et impotentia. Sic acedia facit pedes impotentes ad ambulandum, manus ad operandum, et membra omnia ad laborem poenitentiae sustinendum.

2do. Comparatur etiam acediosus lethargico. Et sicut vulgo dicitur quod nimis fortiter, et profunde dormit, qui culcitram sibi furari permittit. Sic piger nimis oppressus est somno acediae, qui permittit sibi furari culcitram, id est quietem bonae conscientiae. Mendoza libr. 1. Reg. c. 6. v. 7.

3tio. Acedia similis est Saturno, qui est inter septem planetas supremus: est inferiorum infrigidativus, tarde incessivus, et foetus mortificativus. Sic acedia infrigidat corda, reddit tardum ad motum boni operis, per quem excitatur, et conservatur calor amoris. Cassian.

4to. Est acedia similis aeri, qui est tam mobilis, quod omni impellenti, et subintranti statim aperitur, et cedit: ventis impellitur, nubibus impletur, et flammeis ignitionibus succenditur. Sic acedia omni tentationum impulsui facile aperitur, et cedit: nam omnium cogitationum, et tentationum sentina, est otium. Joannes a S. Geminiano de Exempl. et rerum similitud. l. 1. c. 2.

5to. Acedia est taedium mentis in bonum, nausea spiritualis, et intellectualis boni, stomachatio cibi vivificantis animam, sentina

foetens navigantis ~~animæ~~ vitæ; apertum ostium ad ingredientes iniquitates; pondus sensualitatis deprimens; odium activorum; aspera responsio ad excitantes. Væ; clamat ad Elisæum, euge ad mensam: hospitium peregrinantium malorum, secessus porcorum infernalium. Hæc sedens in cathedra malæ quietis et cella deliciarum, deo vocanti non respondet, angelo excitanti non consentit, advenienti virtuti non assurgit, salubriter consulenti non credit, duci recte ducenti non obedit, collegam activum repellit, aut odit: consimiles amplexatur et diligit. Propter frigus piger arare noluit; mendicabit ergo æstate, et non dabitur illi. Proverb. 20. 4. Simon Cassian L. 8. c. 49.

6to. Acediosi in aula diaboli habent officinam camerariorum; otium pulvinar diaboli. In hoc differt dominium diaboli ab aliis, quia nemo vult servos otiosos, solus dæmon. Item sunt vasa vacua in cellario diaboli, apta quovis repleri vitio. Diabolus illorum medicus. Joannes de Broymard. Summa Prædicantium Acediosi.

7mo. Acediosi semper verberant admonitores sine quiete. S. Vincent. Ferr. dom. 17. post Trinitatem serm. 2. Vide plura Labor, otium, Tepiditas, peccata capitalia

22.

Accessio Personarum.

Æquam memento rebus in arduis, Horatius
Servare mentem, ni secus in bonis. — Vivite fortes,
Fortiaq; adversis opponite pectora rebus.
Leve est miserias ferre, perferre grave — Iuv:
Fidem secunda poscunt, adversa exigunt Idem
Nulla dies merore caret, et nova fletus causa ministrat.
Apparet virtus arguiturq; malis Ovid:
Faustitas et Pax subeunt eosdem sæpè Penates Sar:
Finis alterius mali gradus ē futuri — — Lcan:

Adamas.

Adamus.

Adulatio.

1mò Resonans de altissimis montibus Echo. Sap. 17. 18. Echo, te loquente, loquitur; te canente canit et ridente ridet; flente flet; Sic adulatores: transformant se velut chameleontes, in omnes colores quibus appropinquant. Didacus Stella de cont. Van. Mundi p. 2. c. 74.

2dò Relictis retibus secuti sunt. Math. 4. 20. Quadruplex rete vitandum. Primum divitiæ [illegible]. Secundum mala mulier. Congregavit in rete suum. Habac. 1. 15. S. Bernardus de sorore sua ante conversionem dixit, esse rete diaboli. Tertium Adulator amicus proditor. Homo, qui blandis etc. Proverb. 29. 5. Quartum ultio divina. Expandam super eos rete meum Osee. 7. 12. S. Thomas Aquinas in Festo S. Andreæ. Vide hic de S. Andrea, ibi notatur et.

3tiò Quid aliud est Adulatio, quam astri nascentis aura lucida, septemtrionalis procella melodia syrenica, cantatio lethifera, fallaciæ fistula, et vox hyens valde mendax. S. Cyrillus Jerosol. Apolog. L. 2. c. 27.

4tò Adulator similis canibus qui caudæ motu blandiore ossa, eaque etiam sine carne, aut panis micas, projicientibus adulans, ad divites accurrimus, eosque, ut quod cupimus, impetremus, benemeritos, et Christianorum patronos, appellamus; omnesque illis virtutes inesse, dicimus; quamvis in summa vitiorum foeditate volutentur. S. Nilus Lib. ascet.

5to. Adulatores locustis comparantur, quae una fuit ex plagis, quibus Deus Aegyptum flagellavit. Locustae hyeme non apparent, nec etiam, ubi cibus non reperitur, at in aestate cum fruges abundant; sic adulatores non in domibus pauperum, sed divitum. Philippus Diez tom. 2. Summa Praedic. Adulatio.

6to. Adulatores comparantur etiam speculis, quae ipsae rem repraesentant, sicut illis obijcitur: ita adulatores rident, ridente, plorante plorant. si loqueris verba tua magnificant; si taces, silentium approbant: praepostero tamen, et inverso ordine instar speculorum. Nam si faciem occidentem versus habeas, speculum orientem versus repraesentat: sic adulatores res tuas praepostere repraesentant: eorum enim intentio non est, te laudare; sed a te commodum educere. Idem ibidem. Simia, cum nec domum possit servare, ut canis; nec onus vehere, sicut equus; nec arare, ut bos: risum movet et parasitat. Sic adulator cum in serijs et gravibus rebus nesciat esse usui voluptatum minister est. Plutarchus in moralibus apud Diez. Adulatio.

7mo. Adulatores sunt sacerdotes infernales, qui incipiunt a Placebo vesperas mortuorum in peccatis; quos in peccatis sepeliunt. Sepulchrum patens est guttur eorum. Psalm. 5. 11. Sunt Judas, Joab, sunt venatores diaboli: venator volens capere lupum, cooperit foveam; ita isti cooperiunt foveam peccati et inferni. Joannes de Broym aid. Suma Praedicantium. Adulatio

8vo. Tineae sunt adulatores; sed depexas tunicas

rugosos saccos, et sordida palliola, ut ipse pat?
sericas, pretiosas togas occupant: cibus eorum
electus. Drexelius orb. Phaet. c. 1. de Adul. §. 7.
Etiam diabolus, dei simia, extremas unctiones
habet, adulationem: hac inungit, non tantum mo-
rituros, sed et mortuos. Idem ibidem.

9no Adulatores figuli sunt, sed mendaciorum.
Sciunt hi lutum suum omnigenis coloris in-
duere; ut non lutum videas, sed gemmam.
Sciunt illi ollas suas incrustare pictis, ac
nitidis vitris; nigra in candida vertant. Idem
ibidem.

10mo Adulator cocus est, et talis, qui id
solum spectat, ut cibus sapiat: prosit, an
obsit, hoc ipse non curat. ori coquit, et
palato, non capiti, stomacho, hepati. Ideo
thecas aromaticas toties exhaurit, tantum croci,
piperis, zinziberis, mellis, et saccari insumit;
varia miscet, valetudini minime profutura: modo
sapiat edulium quomodocunque digeratur. Tales
sunt omnes illi placentini coci qui in tanta
sermonum veluti eduliorum, varietate hoc
unum attendunt, ut dominicum palatum
mulceant. At verò amicus sincerus unam
observat veritatem, et uti medicus, fideliter
monet; hic cibus nocet, hic nimis nutrit, iste
plus æquo pinguis est. ille ægre digeritur.
hic inflammat; hic nimis refrigerat. Idem
ibidem c. 2. §. 4.

11mo Litera 6. varie collocata 6. 9. ?. 9.
Lemma. Eadem non eadem. Picinelli.

1mo. Adoravit eum; et clamans voce
magna dixit, quid mihi, et tibi, JESU
Fili Dei altissimi? ut adulator, non ut
devotus, et obsequens, sic adorat; evadere
cupiens poenas, prodo perdere pertimescens.
S. Chrysostomus Serm. 29.

2ndo Ascende et dabit eam Dns in manu
regis. 3. Reg. 22. 6. Ardet Achabus
furore urbis rapiendae, quam Syrus occupa-
verat; idq; exponit apud aulae principes:
an ignoratis qd nostra sit Ramoth? ne
tamen sine consilio res tentaret. evocan-
tur ab Achabo in aulam Baal Sacerdotes; a
quibus responsum est: Ascende et. Abulensis
q. 8. mali Prophetae erant adulatores: ideo cum
scirent, qd rex desideraret ire in Ramoth; pro-
nunciaverunt, qd bonum erat ire. Sylveira Lib.
JESU alapa in Joan. 18. Rex Hebr. Achab.
850. viros habuit, qui prophetae seu theologi
videri volebant, reipsa oes regis adulatores. Quadrin-
gentos ex his Achab ad consilium adhibuit, quaesivitq:
num susceptum bellum videretur aequum? dignissimum
omnes respondebant: quin et victoriam audacissime
promittebant. Ascende et. Unicus Michaeas
huic tanto adulatorum agmini constanter contradixit:
Quanto magis illi clamabant, Ascende, vinces,
tanto magis suadebat ipse quiesce, vinceris, quiesce;
sed potentior fuit vox adulatorum! Michaeas pro
sincero consilio pessimas gratias tulit: Ego odi
eum, ait Achabus, quia non prophetat bonum
sed malum v. 8. Huic gratis accesserunt
colaphus et carcer. v. 27. Dietellus orb. Alexan.
c. n. de Adulat. §. 4.

~~Adulterium~~ Idem Adulatio

Sæpè adulatio dum blandit offendit Seneca. Quisquis es
assiduas effuge blanditias Philosophus. Qui gratia adulant,
qui potentiam extollunt aut sunt hostes aut eo possunt con-
Expanda nil levius irâ Dares. Antisthenes satius esse dicebat
incidere in quam adulatores, quod illi mortuorum cadavera, hi vivorum
animos corrumpant. Laertius. Sermo qua narratio, in qua
vitas trahit. Seneca. Fides majore clarissimo concutitur.
flet si lacrymas conspexit amici. Petr. Palpo, onis,
palpatio - palpamentum. Et si nullus pulvis, tamen
excute nullum. Ovid. Tam mala Pompeji quam prospera mundus
adorat. Lucanus. Qui vult laudari à Dno, magnusq vocari,
discat adulari; nam tales sunt modò cari; Discat adulari veris
procul ore fugatis; Principibus qui vultusq placere viris.

Aër

Afflictio undiq́;

Praesentemq́ viris intentant omnia mortem Virg. Aen. 1. 95
Inter malleum et incudem. ex duobus malis elige minus,
et dubijs tutiorem sequere partem. Inter scyllas et charybdes
navigare. v. Inter Calabriam et siciliam navigare. idē inter
duo mala. Cum hinc profundum ventus, hinc aestus rapit,
incerta dubitat unda, cui cedat malo Sen: Spem vultu
quoq́ vultu simulat, premit altum corde dolorem. virgil. 1.
dabit DEUS his quoq́ finem idē ibid. Durate et vosmet rebus
servate secundis idem ibid. Per varios casus per tot discrimina
rerum tendimus ibid. spem meo tuamq́ inter dubij
Petrarcha. necessitudo
virgil. Iugum qui fert volens leve efficit. Petrarcha. necessitudo
et timidos fortes facit. Humani miseriae cui nec
sperare relictum est Dever. Tri. omnem viam Patientia
patientia superat. Adversa nudare solent, celare secunda homi:
vocant se in subsidium calamitates, nec sine mutua
societate stare potest fatorum malignitas Ines.
Quid possis graviusq́ saeviusq́ percussus facere atq́
verfortatis mart. 17. e. 4 O quantum e subitis casibus
ingenium! id Adveniet placida mollior aura Deo. ovid.
Quod vexant hodie noti, cras lambent hilares aequora etti.
sid. Sarbievius. Omnibus et faustos jam casibus omnium
egenos virg. a. 1. v. 600. mutantem illo jactatus et terris, et
alto, vi superum ibid. Ultionis autem animam cuiuslibet
quidem et frustra rogantem nemo cito adjuvabit
Iuvenalis Satyr. 3. v. 160. tot volvere casus insignem
pietate virum, tot adire labores impulerit. alibi sua dij judicavit
afflicto non est addenda afflictio.

Alta ruunt.

Nihilq̄ tam propinquum ē casui, quam quod ē sum-
mum: Cœlum ipsum, quo nihil altius ocurrit asp-
ectui fatum expectat, et momento sæpissime
fit, quod ægrè cumulum peperit. Linis ad alta levatis
ē rufere. Petrarcha Sublimi feris sydera vertice,
excelsis multo felicius casus nocet. Tutior in
terris locus ē qm sedibus altis. Scandentes casu
præcipitate ruunt. Dum petit infirmis, nimium
sublimia pennis Icarus, Icarus Icarias etc.

Aemulatio

Iuvenem stimulis immanibus aemula virtus exacuit. Claudianus.

Ænigma

Aequalitas

Aequanimitas

Aetas

Ætatem Priamiq; Nestoris longam qui putat ēē, multum decipit, falliturq; Martial. Prisca juvent alios, Ego me nunc denique natum gratulor, haec ætas moribus apta meis Ovid. Annos prima decem pueriles transit ætas. vendicat inde decem generosa juventa sequentes; exhibet ipse virum nobis trigesimus annus; Quarta decas pulchris honorem virtutibus ornat; Tramite jam medio paulis per quinta quiescit; Sexta parit senium; Capiti fert septima canos; hanc subiens octava facit puerascere rursus. Buchlerus lib. omnia.

Aeternitas

Apprecatio. vide Applausus.

Azebyś tyle darow odbierała z Nieba, Ile jasnych promieni
możem liczyć Foeba. Niech ci wiek piękny, złote toczy koło,
niech twe jasną pogodę czoło zdrumienione w troski się
nieburzy: ~~ch~~ Niech ci nigdy nieszczęście powieki niechmurzy.
Z iedwabney lata, niech ci idą przędze, na rachunkowey wyli-
czone księdze, z ktorey gorna opatrzności rozporządza wieki,
Tych ani Parki przerwią, ani pomkną Loki. Do ognistego
nie pierwiey się stroicie w niebie pospieszysz starowszy u
Zgonu. Aż cię świetny w potomstwie brwi otoczy grono
a ty z niego oyczysta zakwitowiesz koroną Panęg: Abyś przez
długie lata z zdrowia twego cieszył się z woli Boga naywyż-
szego. Zapisuie tak długie lata jak żelazo wiele drew w lasach
złote czasy Płyń cię, a wasz mło-
ściele. Płyńcież szczęśliwie złote czasy, niech fortuna nowo
bie szczęśliwe czynić, z Pańskiego grobu niech fortuna nowo
wstawa gotowa. Abyś Chrystusa zwycięzstwem uwesolony nigdy
smutnych niedoznał czasow. Aby toć niestworzone słońce nigdy
zapochmurne przeciwnego szczęścia obłoki niezachodząc, zawsze łask
jaśniało promieniami. Niech z nieprzerwanym żadną alter-
natą szczęściem długoletnie toczą się sukcessa. Niech w do nowe
brzegi złote fortuny zaciągnowszy niewody sobotnią porą
dzisieyszy Patron przez herbowne nasze troyliczne dozacrenia,
oraz nieprzyiazne fatow odbija fale, potym z aprekacyi Sy-
nowskiey Rodzicielskie łabędziego wieku skronie wiecznotrwałą
Nestorowych lat uwieńczy koroną. Abyś w czerstwym y żelaznym
zdrowiu przy nayfortunnieyszych y nayporomyślnieyszych suk-
cessach na dobro nasze, na zaszczyt Imienia, nieśmiertelnością
dochodził Aniołow. Tegoż ile Anielskich chorow twa Patronka
liczy, tyle wiekow szczęśliwych twoy podnożek życzy. Aby nieubłaga-
łaty, w długie lata zdrowiu wasztemu przebaczyły! Niech fortuna
w długie lata, szczęście z zdrowiem ci przeplata, z złotego przędziwa
niechay wieczności przerwie mściwa, Parka życia twego. Niech zatchnną niedo-
tyka kosą Parka mściwa doyrzałego wprawne wieki Oycowskiego zna-
wa Niech rok nowy, wnet od nowił Dni y lata Rodzicowi. ~~In columnis~~
In columnis semper multos Dominare per annos. Duplici
vita sub nidus in aevum procedes pariter libris fata legendus.
Centurianis votis et vocibus. Prolixent super vitam cum [viribus]

viribg inde, gaudia sumpsus novis succesibg addat.
magnus te manet ordo seculorum, perpetua ^annos gere ju-
venta, Nestoris'q Longæva expleas tempora. Magno
sis magno semper honore tuo. Ovid. Hoc majoribg mejs
major et ambito posteris argumentum Periodi.
Restat, ut ipsa momenta vitæ tuæ distinguas
lustris, lustra seculis, secula annorum millionibg
Jacob: ut quam hodie sparsit in commune libera-
lit oriens sub cærulea nube Deus, vitalis lucis co-
piam tibi quam diutissime effundat. Jacob: votivam
appendo tabellam. Longa precor, Pylio veniens nume-
rosior ævo, semper et hoc vultu, v meliore nite. Mart
Lætis et fastibg dies, annos annalibg imple. Per-
petuo sic flore mices Mart. Impleat innumeras
olympiadas idem. Te primum pia thura regent,
te vota salutent; purpura te felix, te colat om-
nis honos Idem Poesis. Semp honos et vires fluent
vitales regibg auræ. Vive ab lini Nestoreos
annos, ridente sereno vultu fortuna, in urbibg po-
ditos quæcunq meretis. In perpetuo flore et
vigore. Ut diu nobis diu vivas Patriæ magno
meritis in hoc Ducatu precor cum incremento
annorum, dies Longas et augmentum honorum.
sic opto, sic voveo, pronus corpore, pronus ani-
mo. Addant vitæ tuæ supra annos, quos Patriæ
redidisti. Vivat nobis, vivat posteris ~~posteris~~,
vivat omnibg. Quot lepores in Atho, quot
apes pascunt in hybla, cærula quot baccas Pal-
ladis arbor habet, littore quot concha, tot sint eg
tibi anni vitæ. Ita Bachlerus lit senten memorab
Tibi fluant Largis secula rivis Candidi soles,
veteris venæ fortibus nati revocent anni,
grandinet gemmis, riguoq' Cælum depluat auro. Sarb.

Vive diu, amicis tuis vota nostra, nec metas nec tempora ponunt. tam diu vive, donec meritis annos, annis festos, fastis impleas Secula, vive fatis major, non stamina Parcae in te dura legant, magnumque nomen tuum, quod tot meritis inarasti, nec ferrum, nec edax valeat abolere vetustas, vive Secula, te noscat Senior aetas, semp honos erit. Vince Cervos annis, annos fastis et si nostris deest aliqd votis, de nostris annis addat tibi Juppiter annos.

Applausus

Klesczcie się rękami, â wesołym tonem śpiewaycie z Panien Sycylijskich gronem. Argenis par. 1 c. 16 Ibi singulari genere car=minum, applausus ê pulcher vide wesołość. Łotitia.

Affectus

Affekt z serca wyparać y dla wdzięczney rzeczy nie żyć bez konfidenta:
wielkie w ludzkich błędy. Argenis c. 5 part. vid: Żądanie. Mizerna
iest na świecie ludzka kondycya, gdy ich równo z frasunkiem
pociecha zabija, każdy affekt, gdy zbytni, duszę swego zewie,
czego się żadne ustrze [illegible] stworzenie. Ibi par. 3. c. 9 nota vid: Miłość.

Alternatio

Wraz mu radości, wraz cięszki żal serce ściska, zaraz go boli: że w takiey iest niedoli: Argenis par 1 c 11 Czas ludzi, y dobry byt y fortuna mieni: Ibid c 15 vide affectus 7. Ordine certo, alternas reparant lunaque soleque vices!

Agnus. Stemona.

Baranie nie mącić wody. Do świętego Ducha trzeba kożucha. którzy świętym Duchu w tym samym kożuchu. niewinny Baranek, Owieczka, o to baranek Boży. Złote runo. Paniątko jak Jagniątko. Fryxa Baran; Fryxeyskie runo; Baranka strzyc. baranek u czapki; wziąć na barana; Junosza Cornibus exortis Aries stat in ordine primus Setrarlis Afri Inter signa Zodiaci Applicatio primas post Leges, noveris Agnus erit. Lupus dixit ad Agnum: Agne ne turbes aquam. Exemplum molle gerit terga Livida vellus ovis Tibi: Illius aram saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. Virg.:

Asurginus Christi

Agonia Christi.



Allegoria [illegible] Christi

Allegoria

Altare

Amaattrido

Amaritudo. siue Asperitas

Ambitio

Amicitia, Amicus

[illegible]

Amicitia, Amicus. 95.

Ipse Vladislai Armi[nii] Filius cum Alegis flians ab hoste lancea peteret, et ictus esset jam inevitabilis, advertens id quidam Miles seipsum et clypeo objicit et lancea in corde percussus ac occisus Regem servavit. Cujus in eum gratitudinis posteritati Rex tale stemma adjecit dictum Rogiaciel quod exprimit hic: cor lancea trajectum. Dextro applicat.

Sola amicitia odiis vacua. Malus cum bono se coniunctat, tunc est pessimus. Publius. Vera amicitia inter bonos tantum oritur, inter meliores proficit, inter optimos consumat. Amicitia semper prodest, amor aliquando nocet. Seneca. Amicitia quae desiit, nunquam vera fuit. Supplicio est venenum amicitiae. Aurum ex ingens fodis, fidum qui fodis amicum. De Arabia fide, sed cui fidas, vide. Boleslaus ostendens amicos dixit: Thesauri sunt amici mei. Noctis amicitia, quae quid discordia solvit. Tam subito corvus, qui modo Cygnus eras. Mart. 13. Carus qui vivit amicis. Mart. Sortes in humanas habet officiosus amicos. Idem. Medicamentum vitae amicus. Donec eris felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Ovid. Astutam vapido servat sub pectore vulpem. Persius. Fel in corde, fraus in factis. Pelle sub agnina latitat mens saepe lupina, id cum servat, et vultu ridet fortuna serena. Indelibatas cuncta sequuntur opes. Tempore felici multi. Sic hunc quem cena tibi, quem mensa parabit amicum, esse putas fidae pectus amicitiae? Amicum amat, et nullos est somnionet ... ñ te. Tam bene si cenem noster amicus erit. Mart. Errant qui amicum quaerit in atrio, probat in convivio. Idem. Cui locus officio, cum cessant prospera cumque dura ope[m] fortuna vocat. Tibul. Nec te mihi carior alter. Ovid. Amicorum inter se omnia sunt communia. Cicero. In insula Tabrobana, cum novi hospites in amicitiae foedus excipiunt, ad declarandum mutuum amorem, sibi ipsis radio lapideo sanguinem ex lingua, manu, et latere eliciunt. Luhardus in ... gentium. Carolus Magnus moriens dixit filio suo: Thesauros habebis si amicitias coles, idem nulli te facias nimis sodalem, gaudebis minus et minus dolebis. Mart. l. 12. Alter ego amicus. Fautor. fidus imago. Supplicet amicus amici. Buchlerus lib. ... amicitias colere usque ad cineres.

Amicitia, Amici…

[illegible]

Amor in genere

Amor populorum custodia tuta regnorum. Adagium.
Venus cupidinem peperit venustum puerum, formâ insignem nec tantillum
à pulcherrima matre degeneravit, sed semper erat statura parvus illum non crevit.
Solicita mater de hoc consuluit Apollinem, à quo datum responsum tale: ô Venus
potest quidem solus amor nasci, at crescere solus non potest. quod si cupis
opus est Anterotis operâ, id est mutui amoris. vis amari, ama.
ego diligentes me diligo.

Vanitas vanitatum et omnia vanitas praeter amare Deum et soli illi servire. Kempis. 1.1 c 3.
Diligentibus omnia cooperantur in bonum. Quod est omnia, quaerit et reddit ipse S. Aug. li. de gratia
et lib. arbit: nisi et ipsas terribiles, saevasque passiones. Idem l. de corrept:
et grat: ex casu humiliores, cautiores et ferventiores resurgunt.
et S. Gregor: In tentatione proficiunt, et quod eis diabolus praeparat ad ruinam
hoc Deus eis convertit in gloriam. Custodit Dominus omnes diligentes se ps. 144.
Qui non diligit manet in morte Ioan. Ep. 1 c. 3. 14.
Amorem Dei in homine genitum ex gratia, lactat lectio. Meditatio pascit, oratio confor-
tat et illuminat Bernardus serm. 2 ad fratres de monte Dei:
Modus diligendi Deum est diligere sine modo. S. Bernardus.

Admonitio vide magister.

Admoneri bonus gaudet, pessimus quisq' correctionem asperrime patitur. Carere debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus ē. Democritus. Fas ēet ab hoste doceri. Salutare monitũ odio verba monentis ne ĩtas, in quo dolus ñ ē. Parentum ē monitis. Mart. 9 Admonitio tedium facit, exprobratio odium. Sen. 12 C 31. de benefi:

Amor Dei in nos.

In charitate perpetua dilexit te. Jerem: c. 31 v. 3. S. Bonav: perpetuus
Serm. 1 in fer: 2. Pent: benedixit perpetuâ, dilexit enim te an-
tequam tu vel aliquis vel homo vel Angelus, vel coelum vel terra esset. S. Cyrill:
1 Thes: c. 1. Mirus profecto amor hominum, una cum Deo aeternus. aeternus.
Refert Valerius Max. quod Codrus postremus Athen: Rex cum
quadam vice urbs Ath: undique esset obsidione cincta, quod videns, con- Salvator.
suluit oraculum Apollinis, recepitque responsum, non fore redem-
ptionem illius, nisi ipse Dux succumbat in acie. Quod aestimans
magis expedire ut unus quam tota multitudo pereat, assumptis
vestibus pauperis dimicans in acie occubuit, salvâ urbe Ath.
S. Zeno. O charitas quam potens! tu Deum in hominem commutare
potuisti, tu virginali carcere novem mensibus relegasti. Ser. in fer.
5 Parasceu.

Dilexisti me Domine plus quam te, quia mori dignatus es pro me. vel voluisti
S. Aug. Soliloq. l. c. 13.

Amor erga Deu.

[illegible]

Amor erga Deum.

1mo. Dilectio Dei morti comparatur, dicente Salomone: fortis est, ut mors, dilectio. Cant. 8.6. Idcirco, quia sicut mors violenter seperat animam à corpore, ita et dilectio Dei violenter segregat hominem à mundano, et carnali amore. S. Isidorus L.2.c.3. Fortis ut mors dilectio

2do. Quod in Angelis Seraphinus, in cælis Empyreum, in Astris Sol, in elementis ignis, in belluis Leo, in avibus Aquila, in arboribus palma, in metallis aurum, in gemmis adamas, in membris cor; hoc in virtutibus est charitas. Doultremann de amore increato in Prolegomenis.

3tio. Cum Zeno Monachus in Eremo contemplatione absorptus circumiret, obviam illi factus Macedonius Imperator, quid ageret? interrogavit. Cui Zeno: et quod tuum in hoc loco negotium est? Cumque Imperator responderet: Venatio meum negotium est. Respondit Zeno: Et ego pariter consector Deum, neque donec apprehendero, cessabo. Quo dicto tergum vertens Imperatori, abiit. Petrus Sanchez in Regno Dei. p.7.c.6.

4to. Dominicus cum aliquando solus in campo ab hæreticis deprehensus interrogaretur, ecquid acturus esset, si ipsum occidere præsumerent? respondit, se hoc unum petiturum, ut quo diutius cruciatum sentire suumque erga Deum amorem magis testari posset, lento eum martyrio excruciarent. Idem ibidem.

5to. Joannes Junior de Scholari scribit in scala cæli, qui ingressus Parisiis Theologiam, cum audisset legi: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde etc. subitò surrexit, et abivit; mirantibus verò Magistro et condiscipulis dixit: antequam plus audiam, volo hoc opere complere. Et mox religionem ingressus est. Specul. Exemp. titulo. Dilectio. ex. 2.

6to. Erat quædam Virgo nobilis 14. annorum, quæ B. Virgini valde erat devota. Hæc gloriosam Virginem rogabat continuè septem annis, ut sibi dignaretur ostendere Filium suum. Quæ cum in Vigilia Nativitatis Domini orationis causâ sola capellam intrasset, apparuit ei Virgo pulcherrima, tenens filium in manibus, et allocuta est Virginem Dei: accipe filium meum, et lude cum eo. Quæ gaudens fecit. Cui Puer: diligis ne me? et illa: omninò. Et ille: Quantum? Tunc illa

plus quàm corpus meum. Et Jesus ait: quantum plus corde tuo diligis me? et illa: nescio dicere, sed ipsum cor loquatur. Quo dicto statim cor ejus præ amore scissum est. Tunc B. Virgo acceptâ animâ ejus in concentu Angelorum deduxit ad cœlum. Ad cantum verò Angelorum familia cucurrit et Virginem mortuam invenientes, odore inenarrabili sunt repleti. Et fratres Prædicatores, qui aderant, cor ejus aperientes scissum invenerunt, et in eo scriptum erat: Diligo te plus, quàm me, quia tu creasti, redemisti, dotasti me. Speculum Exemplorum. V. Dilectio. Exempl. 2. Lohner. tom. 1mo fol. 243.

1mo sacer textus refert, quòd plurima turba sequebatur Xstum, et causam hanc adjicit, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Variæ fuerunt sequelæ consilia. Nam aliqui illum sequebantur, ut viderent miracula nova, hi curiosi: alij ut comederent de panibus ejus, hi gulosi: alij ut sanarentur, hi infirmi: alij ut eum in sermone caperent, hi Pharisæi: alij ut doctrinam ejus acciperent, hi discipuli. Cumque tam multi illum sequerentur, solos hoc nomine laudat discipulos, dicens: vos, qui secuti estis me. Math. 19. v. 28. Sed quomodo Xstus solos ait secutos discipulos, cum Joannes dicat, sequebatur eum multitudo magna? Respondet, Xsti arbitrio et existimatione eos solos illum sequi, qui solum sequuntur, ut sequantur, et obid tantum amant ut ament, sine alterius lucri cujuspiam expectatione, aut cupiditate, quia et hoc omnium maximum lucrum est qd Deus amari se permittat à creaturis tam vilibus et abjectis, quàm sunt homines, itaque vult etiam diligi tantùm ut diligatur quia amor, qui non est avidus lucri, huic Deus plurimum defert. Didacus Nissenus Dom. 4. Quadrag. §. 3.

2do. Dignum est notatu, quod Deus in Veteri Lege cavit ne sibi asinus offerretur. Nolo mihi brutum, tam brutum immoles, sed primogenitum asini mutabis oue, quod si non redemeris, interficies, inquit, Exodi 13. versu 13. Bovem è contra tam gratum habebat, ut eum sibi litari etiam præceperit. Quid verò causæ, quòd tam vehementer

et probarit bovem Dominus, et improbarit asinum?
S. Basilius Magnus in caput 1mum Isaiæ reddit rationem
quam acutam, tam opportunam, aitque ab Isaia indicatam
caussam, cum inquit: Bos cognovit possessorem suum
et asinus præsepe Domini sui. Isaiæ c. 1. vers. 3.
Bos Dominum suum novit, nec præter illum aliud
quidquam spectat: asinus vero non domini, sed
præsepis, sed pabuli, sed commodi sui rationem
habet. Hinc iam elucebit, quare domo suâ prohi-
beat asinum, quare tecto dignet bovem Deus. Facit
nempe hoc, ut intelligas, eos solos Domino charos,
qui pro more bovis cognoscunt possessorem suum, illumque
solum, nec aliud extra aut præter ipsum spectant:
ii scilicet diligunt illum tantum, ut diligant: sed
qui asino similes solum sibi quæstum et emolumentum
proprium propositum habent, ut asinus præsepe
Domini sui; hos non tantopere diligit Deus, nec enim
amat amatores ambitiosos utilitatis suæ, nec gratas
habet voluntatem quæ commodis suis nititur. Item
Didacus Nisenus ibidem.

9no Amor Annuens idest omnibus assentiens
à Diogene Laertio appellatus est. Idem Nisenus
Polit. part. 2. l. 2. c. 8. fol. 65.

10mo Nec mihi, nec tibi sed dividatur. Bona mater
ait date illi infantem vivum integrum velle eos
ut bona mater cor non dividunt, sicut ita homo agnoscis
vere amans Dei si integrum det cor suum si dividat.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo

11mo Quodnam obsecro in eo latet mysterium, quod
Salvator noster innocentissimam quidem carnem
suam sibi dilacerari et vulnerari permiserit, nec
tamen tunicam seu vestem inconsutilem dividi
voluerit? Num forte ideo id factum est, quia
tunica hæc opus manuum sanctissimæ Matris
suæ ~~sanguine conditum fuit~~ fuit? Sed et
corpus Christi è virgineo matris sanguine conditum
fuit; aut vero factum est ideo, quia vestis illa
unitatem Ecclesiæ suæ præfigurabat prout
in apparitione S. Petro Alexandrino facta ostendit?
omnia in figura contingebant. omnia hæc bene

quidem dicunt et aptissime, veruntamen Idiota per vestem hanc charitatem seu amorem Divinum intelligit, qui divisionem minime admittit: Designat inquit, per tuam tunicam inconsutilem, quae nec scissa fuit nec divisa quia amor neque dividi debet neque scindi, et qui eum dividunt, vel scindunt, pejores videntur quam milites te crucifigentes, qui tuam tunicam dividere noluerunt.

12mo. B. Aegidius, qui socius fuit S. Francisci, ut secularem quendam ad verum Dei amorem accenderet, die quodam in hunc cum ipso discursum digressus est: Erat aliquando non nemo, qui nec manus, nec pedes, nec oculos habebat, qui dum ab amico suo interrogaret, an si aliquis in mundo inveniri posset, qui ei lumen daret ad videndum, ad ambulandum pedes, nec non et manus, quas non habebat, ei donaret, eum etiam amaturus, seque erga hunc benefactorem gratum exhibiturus esset? miser ille e vestigio respondit, me ei omnibus diebus vitae in servitutem etiam durissimam addicerem. Quo responso accepto Aegidius coeptum discursum resumens, ei dixit: Et quis autem ille est, qui tibi oculos, aures, linguam, manus, pedes, caput largitus est? quis nobilissimum hoc corporis et animae compositum tibi donavit? Non alius utique, quam Deus: Manus tuae, Domine, fecerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu. ac proinde si te in servitutem addiceres hominis illius, qui tibi solum manus, pedes et oculos dedisset, qualis igitur et quanam est tua erga Deum gratitudo et amor, qui tibi ultra ipsos sensus omnia alia donavit, imo et animam ipsam, eamque ad imaginem et similitudinem suam tribus nobilissimis potentiis suis instructam creavit. Mansi discurs. 8. n. 5.

13tio. Quidam amoris genium explicare volens pinxit Adolescentem, et juxta illum quatuor mundi globos cum verbis: His nihil. Dextera vero manu elevante cor versus caelum, accensum flammis, inter quas scriptum. Soli Deo.

14to. In Aethiopia ignis fuit, qui Virginibus nihil nocebat, pollutarum manus urebat, hinc probationis ignis dictus: Talis ignis amor est. De utroque hoc, author, Philippus Hyspelius Soc. JESU in Xysto mystico.

15to. In Anglia olim Nobiles certamen ludicrum instituerunt, in quo quisque in clypeo florem, Rosam, Lilium depictum habebat, at Dux Britanniae fasciculum florum, in quo omnes aliorum flores depicti erant cum Lemmate: In me omnia. Idem ibidem.

16to. Christus interrogans ter S. Petrum, an plus, quam alii diligeret, indicare voluit, illum, qui aliis praeficitur, diligere Deum debere plus quam sua, plus quam suos, et plus

quam se. S. Bernardus.

17mo. Cum Pharao ad filios Israël sacrificare Deo volentes, diceret, sacrificate Domino, oves tantum vestræ et armenta remaneant: Respondit Moyses, cuncti greges ibunt nobiscum: non remanebit ex eis ungula, quæ necessaria sunt ad cultum Dei nostri. Sic et charitas nihil relinquere mundo aut carni vult, sed omnes vires et potentias secum ad sacrificium amoris offerendum ducit. Stapletonus Thomas Dom. 12. post Pentecost. §. 3.

18uo. Filij Aaronis quoniam in thuribulum ignem alienum posuerunt, igne sunt combusti. Ignis alienus in thuribulo est amor creaturæ inordinatus in corde. Cave ergo hunc imponere. Idem ibidem.

19no. Lacedæmones prius, quàm ad bellum exibant, victimas amori immolabant; cur non et nos ante quodvis opus. Alex. ab Alexandris L. 4. c. 7.

20mo. Plinius ait reperiri arborem, nomine Larix, quæ igne non comburitur, quin potius si igni admoveatur, ac si lapis esset, resistit; uti Cæsar probavit circa civitatem Gezgobiam turri confectæ et tali ligno ignem applicans. Ita amor constitutus. Plinius L. 16. natur. histor.

21mo: Tantum es, quantum diligis. Axioma.

22do: In Amore, non vivit sine dolore. Germanicè Was hertzt, das schmertzt. Axioma.

23tio: Modus diligendi Deum est sine modo. S. Bern: Dedi te Dñe: Magdalena non cessavit eum tangere, flere, ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. quia multum dilexit.

Dilectio sola discernit inter filios Dei et filios diaboli: Signent se omnes signo crucis respondeant omnes amen intrent Ecclesias impleant parietes Basilicarum, non discernuntur filij Dei à filijs diaboli, nisi charitate. Abel et Cain, non uterque placuit offerendo

Amores mali, noxij.

Crescit amor Nummi, qntū ipsa pecunia crescit. Militat ōis amans Amor mili et hēt sua castra cupido. Attice crede militat ōis amans. Ouidius tans.

Anton Prorandus.

Amor Proximus.

Nec scio qd sit amor, nec amo, nec amor, nec amavi, hoc scio
quisquis amat uritur igne gravi. Infames libidinosorum flammæ
facile transeunt in furores. In Regum imag: de venda
Creberrime magni amores, in professa degenerant odia. Ovid
Scitus, quod conceperat ingentem affectum in raro partu-
rivit invidiam. Sclerit amor, magnusque in aliis flexibus est. Astu
morte probandus amor. Mart: Ovid si cogit amor id
quidque amas, cujus non placuisse nimis. In oculis fero.
amor præcepter Confidentiæ. Magnus amoris amor
ut ameris amabilis esto. Ovid Lacedæmones prius
qm ad bellum ibant, victimas amori imolabant Alexan-
der ab Alexandro Regina Cleopatra tam ardente M.
Antonij amore flagravit, ut assumpto ancillæ habitu
quo Regiam Majestatem dissimularet in medijs noctis
tenebris, per plateas Plut: in vita Antonij
Cujus est ipse tuus flagrat amore cinis. Mart l 12 odit veras
amor nec patitur moras. Seneca Amor est gratum vulnus,
jucundum venenum, suavis amaritudo, totum martirium,
blanda mors. Petrarcha Post orbis trophæa Herculeos
amoribus vincit, amant et Regum pectora viroi. videre et
non gustare mors est. Nostros non rupit funus amores Lucanus 15
Illum expirantem transfixo pectore flammas turbine corripuit vig. le
ordinata charitas incipit ab ego. Quod tibi vis fieri, alteri facias.
stra quod tibi non vis fieri, ne alteri facias. Item nemo
locupletari debet cum jactura alterius. Item ut honeste vivamus
neminem lædamus, unicuique quod suum reddamus.
Maranta in specu... part: 3 num: 5 et 6.

S. Andreas Apostolus.

1mo Andreas secundum Hebræam etymologiam interpretatus decorus, sive respondens. S. Isidorus l. 7. cap. 10. — Nomen

2do Relictis retibus etc. math. 4. 20. Quadruplex rete cavendum. 1. Divitiæ sæculares, 2. mala mulier. Habac. 1. 15. Congregavit in rete suum. S. Bern. de sorore sua ante conversionem dixit ecce rete diaboli. 3. Adulator amicus proditor. Proverb. 29. 5. Homo qui blandis etc. 4. Ultio divina. Os. 7. 12. Expandam super eos rete meum. S. Thomas in Festo S. Andreæ. — Vocatio

3tio Vocavit eos. math. 4. 21. Miranda Corallij natura; nascitur in sinu maris, nutritur, et crescit, non fit tamen valoris, nisi a piscatore extractum: cui tunc accedit valor, et color: in mari album, expositum aëri fit purpureum; in aquis est fragile, ubi extraxeris adamantinum. In mari Andreas vilis herba, pauper, et abiectus piscator, sed reti divinæ vocationis extractus pro corallio est. Paolet. in Festo S. Andreæ.

4to. Erat autem Philippus à Bethsaida civitate Andreæ et Petri. Joan. 1. 44. Hoc opus divinam maxime commendat gratiam, quod de civitate peccatrice traxisti vocati sint magni Patres justorum, atque credentium. Bethsaida namque civitas erat peccatrix in tantum, ut ei illi dominus exprobraret. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida matth. 11. 21.

5to. Primitiarum fuit principium: qui antequam vocaretur, alios vocat ad dominum. Hesychius presb. or. in S. Andr. Ap. Ubinam manes, inquit Andreas, ut in aula domini janitor fias. ib.

6to Vitæ suæ cursum feliciter consumavit, non in molli lecto, neque in corporis delicijs, sed coram maxima populorum numerositate constitutus in stipite. S. Laurent. Just. in festo S. Andreæ. — Virtutes

1mo. Vocatus à Xsto advenit, instanti sequium, ... relictis ... sequtus est dominum. ô magna sancti viri fides! ô obedientia omni veneratione colenda. S. Laur. Just. ibidem.

2do. Invenit hic primum fratrem suum Joan. 1. 41. Legitimi Christiani signum est, quod alios Christo acquirat. Ecce Andreas cum primum Jesum novit, nil prius curat quam fratrem acquirere. Hoc unum gemit Christianus, si solus sit; tunc laetus, si plures habeat fratres Christi. Unde censens Dei filii sibi alium parturiant; inde censens oves Xsti, si sterilis non sit in eis Cant. 4. 2. inde inter Christianos oves legitime numerabuntur, si gemellis foetibus, si non singularibus. Baeza t. 2. l. 6. c. 2. §. 14.

3tio. Cur tam intrepide properavit S. Andreas ad crucem? quia indutus erat Xstum. Xstus in horto orans timebat crucem, quia indutus erat Andream. Sicut enim nostra debilitas, quâ Xstus erat indutus, faciebat eum tremere, et mortem timere, ita fortitudo Xsti veri Dei quâ indutus erat Andreas, erat causa, quod crucem non formidaret. Videatur Stella pag. 2. conc. 31.

4to.

Angeli

1mo. S. Francisca Romana continuâ visione Angelorum fruebatur, et maximè quendam formâ elegantissimâ die noctuque intuebatur sibi assistentem, cujus facies solis splendorem superabat, sine ullo lumine aliô, solô splendore Angeli, ducebatur. Bollandus. 9. Martii.

2do. Quomodo portaverim vos super alas aquilarum. Exodi. 19. 4. Angeli aquilis comparantur: alæ aquilarum sunt ministeria angelorum; una ala est ministerium defensionis à malo, altera promotionis ad bonum. S. Bonaventura sermone. 3. dom. 24. Pentecost.

3tio. In principio creavit Deus cœlum, et terram Genes. 1. 1. Nihil de invisibilibus virtutibus disserit, neque dicit, in principio fecit Deus angelos vel archangelos: Judæis enim loquebatur, qui toti præsentibus rebus inhiabant, neque spirituale quidquam comprehendere volebant. S. Chrysostomus. tom. 1. in Genes. hom. 2. — Angelorum Creatio

4to. Quamobrem non meminit creationis angelorum? qui lege regebantur, solidæ, vel constantis fidei nihil habebant; mox enim post plura, et ineffabilia, imaginem vituli designarunt. Quod si tam vilè sibi deos finxerunt è jumentorum simulacris, quid non perpetraturi essent invisibilis naturæ notitiam assecuti. Beatus Theodoretus. quæst. 2. in Genes.

5to. S. Thomas q. 112. a. 4. ad. 2. ait: Angeli sunt nuntii interpretantur, abeo quod domini voluntatem populis nuntient. Archangeli latine summi nuntii qui summa annuntiant. Dominationes nuntii, qui etiam Virtutibus, et Principatibus præeminent, qui pro eo, quod cæteris angelorum agminibus dominantur, dominationes vocantur. Virtutes angelica quædam ministeria perhibentur, per quos signa, et miranda, — Angelorum nomen

in mundo fiunt. Potestates, quibus adversæ virtutes subiectæ, ne tantum noceant, quantum possunt. Throni Latinè sedes, sic vocati, quod illis conditor præsidet, et per eos judicia sua discernit vel disponit. Principatus qui Angelorum agminibus præsunt. Cherubin scientiæ multitudo, Seraphim ex Hebræo ardentes.

Angelorum Numerus. 6to S. Brigitta cap. xx. Revelationis refert, tot angelorum millia Deo servire, ut si ab Adamo ad ultimum usque numerarens omnibus ac singulis, plures quàm decem Angeli custodes assignari possent. Vide S. Thomam 1. p. q. 50. ar. 3.

7mo. S. Dionysius L. de coel. Hier. docet, Angelos superare numero res corporeas.

millia millium ministrabant ei, et decies millia centena millia assistebant ei. Dan. 7. 10.

8uo. ordo Patriarchalis respondet Thronis, Prophetis Cherubim ordo Apostolicus Seraphim, in Patriarchis fuit stabilitas fidei, in prophetis limpitas cognitionis, in Apostolis fervor charitatis, martyres dominationibus confessores virtutibus Virgines potestatibus. ordo præsidentium Principatibus, ordo magistratuum archangelis, ordo regulantium Angelis. S. Bonaventura serm. 12. in Hexam.

Angelorum Obedientia. 9no. Angelis suis Deus mandavit de te. Psalm. 90. 11. Præcipua causa est, cur angeli nos diligentissime custodiant quia videlicet id Deus mandavit eis, quamvis enim libenter id faciant, quia nos amant et quia malos angelos oderunt et quia cupiunt instaurari sedes coelestis Hierusalem et quia sciunt id esse gratissimum Regi suo Christo Dno, tamen nihil eos magis movet quàm præceptum domini. intelligunt enim se esse ministros Domini, Deumque nihil magis requirere à ministris suis, quam promptam ac simplicem obedientiam. Bellarminus hic apud Radert. Dom. 12. Pentecost.

10mo Benedicite Domino omnes angeli ejus qui facitis verbum illius. Psalm. 102. 20. Cum tanta in angelis sint, quae commendari possunt, immortalitas amor in Deum, constantia voluntatis, nobilitas originis; his omnibus omissis, unam miratur et laudat David obedientiam, ac si praeter eam nihil superesset unde laudari: facientes verbum illius. Non opus iterari praecepti, non suaderi, quod praecipit; verbum audit et obedit. Sed quâ mercede ad tantam celeritatem obediendi urgentur? noscitis? ipse mandati. Ut alia à Deo mandentur, citissime mandata perficiunt. facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonis ejus. O digna obedientiae merces. Oliva L. 10. stromatis § hic.

1mo: Deus credi se voluit, non examinari. periculosa est disputatio de Trinitate: lutum et vas figuli de creatore disputat, quod nec angeli in coelo scire possunt, quid enim agunt: quis est iste Rex gloriae? Et apud Isaiam: Quis est iste qui ascendit de Edom. Vis scire naturam Dei: hoc scito, quod nescias: sed scias hoc ipsum, quod nescias, plus caeteris scies: gentilis homo videt lapidem, et Deum putat: Philosophi vident coelum, et Deum putant: in eo quod se scire dicunt, nesciunt. In die judicij non damnor, quia dico: nescivi naturam Creatoris mei. S. Augustinus Serm. de Trinitate.

2do Res animos incognita turbat Virg. Curiositas primus gradus ad infernum. Quidam interrogatus: quid Deus ante creationem mundi faceret respondit: Curiosis infernum parabat.

467. Damnati in Inferno

Desideria.

Tantis mens æstuat anxia votis. Hugo piorum desiderior. l. 1

Deus

Bog nierychło ale dobrze skarze. Dotąd dzban wodę nosi, aż się urwie.
Szczęśliw Bog długą ręką, cisli iedną karze. U Pa Boga nic niemasz nie-
podobnego. Pan Bog dobrze radzi o swoiey czeladzi. Pan zastępow.
Pan Panuiących. Bożyszcza. Bożęta niebożęta. nasz Bog nie ubogi.
lepszy Bog, niż nikuto. Ni do Boga, ni do ludzi. bez bożey dla
Boga. bez boga to robi. Bogusław. Z Panem Bogiem. Obeyrzyi
rarogo, rozumieli że Boga. Bogom kadzidło smarzy Bałwo=
chwalstwo. Bożnica. y Panu Bogu nie trzeba się naprzykrzać.
Lux altissima fati, occultum nil ēē sinit. Acta Deos
nunqm mortalia fallunt; Nostram sedula spectant
semel astra tragoediam. hoc ea in Regum Comoeda,
qbq utimur, lucem, quâ fruimur, spiritum, quem
ducimus, â DEO nobis dari, atq impertiri videmus Cas:
Sequit superbos ultor â tergo Deus. Seneca.
Et toto Deus narrat orbem. Partitor orbis,
Conditorq Poli. homo proponit ede Deus interest animis
nostris, et Cogitationibus medijs intervenit Seneca
Sicut aquila provocans pullos suos ad volandum
expandit alas suas. Dominus solus Dux ejus fuit.

483.

Dies

Excidat illa dies aevo, nec postera credant Saecula.

Non omnia possumus omnes virg. Sumé difficultatis ē.
Nil ē serio volenti difficile: multum potē q dt, sed plus pt,
qui vult seriò. ubi adest voluntas, evanescit difficultas!
Velis et audebis; imò velis et poteris. velle solum oportet,

Dignitates

Discipuli

Discordia

Quid qd complexa una gremio servavit, perdit id
sentium discordia. In Regum. Regna p concordiam
nunt in hostem, p discordiam corruunt ad hostem.
Lis minimis verbis interdum maxima crescit Cato
Contra verbosos, noli Contendere verbis. Cato. non bene
Conveniunt, nec in una sede morantur, maiestas et
amor. Ovid. Quilibet sibi Lex, quilibet lex Cromanus.
Int utrumq fremunt morani murmure venti, nescit
cui Dno parcat unda maris Ovid

Discretio

Divites

Credo ditior etiam. Possideat Libicas messes, Hermumque Tagumque; Hispano semper Tagus impleat auro. Martial. Prima peregrinos obscena pecunia mores Intulerunt et turpi fregerunt saecula luxu Divitiae molles. Juven. Difficile est eum virtutem revereri, qui semper secunda fortuna sit usus. Cic. rebus mores cessere secundis. Lucanus. In quamcunque domum advertes lumina partem, mirentur spectantque opes. Ovid. Digne Midae, Croesique bonis et Persidis gaza. Statius. Res bene collectae non sunt in fine senectae.

Dolor vide tristitia, lachrymae. &c

Non puduit ruptis exululare comis Ovid. Contumax natura ē, n̄ p̄t vinci; suum poscit Sen. Tasto desunt sua v̄ba dolori virg. Dificile ē tacere cum doleas Cic. Strangulat inclusus dolor, et lachrymas cernes in singulas v̄ba cadentes. Succubuit justo mens ægra dolori Lucanus.

Divitiæ

Częściey niecnota przy złocie wygrawa, częściey swego dokaże, częściey triumfuie, niż poczciwość uboga, niż odarta cnota. Satyr. kto ma złoto, ma w ręku prawa, ma urzędy. ten gładki, ten wymowny, ten ma przodek wszędy. Koch: obraz Bogactwo iedzie sobie na wozie wysowy złokim, Córka iey pycha, siedzi przed nią z bystrym okiem. Fortel woźnica, chytrość y drapiestwo konie, A lichwa Pani stara z workami na łonie: Prożne wesele, idzie wszeteczność y zdrada przy wozie, y obłudnych roskoszy gromada. Koch w drobnym pierzu. Dla Boga co tu mieć na pieczy: na słabey nici wiszą wszystkie ludzkie rzeczy. Koch. ze frasz. Dobre mienie, pełty, kamienie: wszędzie wbród wszytkiego, bez liczby y miary, nie mogły kłaty obiąć, iakie były dary. 2. kto ma wiele temu więcey daią, a kto nie ma resztę odbieraią. nie z łada fortunką. Gotowemi we złocie liczy miliony. Łaino o Sekundanty, ma swoie Sequito, złotem rzuci, a sto ż zastawia sowite. Argenida part. cz. Iesli wiecznie nie mądry, niech będzie cnotliwy, y mądry Pan, iak Lampa, zgaśnie bez oliwy. Ibid. cz. 10

Docere, Doctrina, Doctor

509. Prudentia

Longa dies molli saxa peredit aquā.
Gatta cavat lapidem, ñ vi, sed sæpè cadendo
Sic homo fit doctus, ñ ter sed sæpè legendo.

Docere, doctrina, Doctor.

Dolor.

ani tam, ani tam. Srzody wdradliwe fortuny szkopoty rzadko kto trafi do szczęścia insuły. ciasne w przodku szkluby ktomu ciasno ustąpi.

Dominus.

Optimas hic. v. hi optimates. Dynasta. Herus. Dij Penates. Dominus super omnia. Dominus vobiscum. Omnis spiritus laudat Dominum. Dispone Domui tuae moriens.

Dominica Passionis

Domus

Hic auguste -- quo etiã sidera pulsat, par domus ẽ cælo, sed minor ẽ Domino. Marti non minor orbe domus. In Domo Patris mei mansiones multæ. Faciamus tria Tabernacula. In Domum Dñi ibimus. Omne decus Lethiel continet una Domus. Domus mea, Domus orationis. Felix, simplexq' domus, fraudumq' malorum inscia, et hospitibus Superis dignissima Sedes.

Dulcedo.

Sub dulci melle venena latent.

Ebrietas

Facundi Calices quem n̄ fecere disertum. Dubijs stantq́ labantq́ pedes. Ovid. Gaudebitq́ mero, mergetq́ in pocula mentem Plinius. Ebibe, fac versus, jam bibo versus erit. Ebibe totum si vis agnoscere potum. Atq́ etiam Sparta mos ē laudabilis ille, ut bibat arbitrio pocula quisq́ suo.

Ecclesia

Alaricus Gothorum Rex Barbarus extra suam religionis cultum crudelitus Urbem Romanam ingressus antequam
depopulaer urbis militibus permitteret, edicere jussit, corpora bonaq; eorum q in Aplorum templa se
recepissent salva fore S. Fulgentius lib. 2. Quod modemi catholici Milites?
Mulieres in vestibulis commoratae: scalis antiquis ad templa n admittebantur quasi indignae Seneca declam. 2.
Eadem contumeliose calcibus portas templi impetentes, pedibus ipsae. foribus mansere affixi ut avelli
n potuerint nisi precibus S. Remigii cui se sacrilegi commendarunt. Baronius anno 480 — debius gesta fol. 566. col.
Hungari altare ipsius lapideum in Eccl. S. Basoli demolire conati impedita manu illos lapi
di suis ita aculo affixit q nulla ratione retrahere potuerit Idem anno 927
Gaufredus ex Eccl. S. Remondi fecit fortalitium, cuius lapides sanguine sudarunt. Abr. Bravis
Theodorici Regis milites Gothorum q templum spoliassent S. Juliani in civitate avernensis
a daemonibus obsessi et universi. ac propria membra dentibus suis laceraverunt Idem
Ibi plus pecco ubi peta mea emendare debeo. Bernard. in moral. t. c8.
Cervi pullus ita insi mabat et nullus doloribus remedium sperare posse nisi mortem q in telli
gens Mater in cubabilis plorabat q ad vertens pullus ait: desine flere et potius clama ad Deum
q ne. cui Mater respondit: Tu tibi dicis forte gratium putas eum, nullus sit ecclesias eius sacra
n rapuerus! appl. vis precari et nulla Eccl. cui n rapuisti necrata bona. etc. Aesopus.
Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Idem. et.

Electio

541. Eleemosyna

Ouvln. fol. 152 num. 85.

Nullum majus erit lucrum, quam pascere egenos: Foenore nam grandi centupla dona feres. Detenta (?) in Africa situata testatur Plinius lib. 18 c. 18 in Byzacio Africae campo ex uno modio 150 modios reddunt agricolis. messis eleemosinarum copiosior in caelo, vita in manu pauper. Unde S. Orentius apud Didacum Baeza de alt. tit. 3. l. 7 t. 18 § eo canit

Sere tamen potius contempta hic munera mundi
Mitte securus, quae duplicent opes,
Nam servata nimis, quamvis bona, non tua jam sunt.
Sed tibi si serves, [illegible] ut tua sint.

549.

Eloquentia

Roma triumphantes meminerit dixisse Quirites. Facundia vocib9 aures fulminat, illa animos et aspera corda triumphat. namq illi dulci labra nectare musa rigavit. Ille regit dictis animos et pectora mulcet. In ore Platonis Pindari apes mellificarunt. Sirenes. auri b9 propinare mella

Infuła, Pektorał, Fiolet, Primicye, złotowy ściskai, kadzidło.

veloci penna, sive præsentibus deferre, sive communicar.

559 Errores varij

Nie zmylę choćiaż y nie myśląc wiele, rzekł ci kto się pyta ten nie błądzi; koń na czterech nogach, iednak często się potyka. a człowiekowi nie dziw, y ślepy, gdy ciska nawiasem, cały dzień nie znaiąc dziwa że w cel trafi czasem lex male intellectis fit haeresis. Errant qui putant Quam, Regulae, diligent erros Mart. Non enim omnis error stultitia dicenda ē Cic: Si alios, ni te quoque decipit error Mart. Litera docet, litera nocet. Errando discimus. Si fuit errandum, Causas ht error honestas.

Euagatio mentis

[illegible]

[illegible] terminus ad [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Eucharistia [illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] Dicendi [illegible] de signo [illegible]
[illegible] Eucharistiam intelligi[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] in hoc pane [illegible]
[illegible]

510 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Eucharistia

1mo Respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus. Genes. 4. 4. Ideo placuerunt Deo munera Abel, quia ipse placuit. Rupertus L. 4. c. 4. in Genesim. Sacrificium Abel ait, esse figuram Eucharistiæ. Cornelius hic.

2do. Qui manducat meam carnem... habet vitam æternam. Joan. 6. 55. Patres in Concilio Nicæno vocârunt Eucharistiam Symbolum Resurrectionis. Multus est in hoc argumento S. Irenæus L. 4. c. 84. probans, futuram corpoream resurrectionem vel ex eo, qd corpora nostra hic excipiant carnem vivificantem. Petrus Droutteman de amore divino L. 4. c. 4. — Eucharistia vocatur vita et vivificat

3tio. Vincenti dabo edere de Ligno vitæ. Apocal. 2. 7. Per lignum vitæ Eucharistiam intelligunt S. Paschasius L. de corpor. et sanguin. Dom. c. 9. S. Chrysostomus hom. de pænitentia, Rupertus, Bonaventura. Sylveira hic q. 23.

4to. Quia homo per gustum mortem incurrit, per gustum quoque vitam acquirit: quatenus unde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Dictum est quippe de illo: quocunque die comederis, morte morieris. Dicitur autem de isto: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Innocentius 3tius L. 4. de Sacr. Altaris.

5to. Homo cecidit à Vita beata per cibum corporalem à Deo vetitum, et ab homine usurpatum diabolo suggerente; et ideo conveniens extitit, ut similia similibus, et contraria contrarijs curarentur: quod scilicet homo rediret ad vitam, à qua ceciderat per cibum similiter corporalem à Deo præstitum et ab homine sumptum, ipso Dei filio ministrante et impleante. S. Thomas Aquinas opusc. 20. de Sacr. Euchar. cap. 6.

571.

6to Veteres Xstiani Eucharistiam, quasi proprio uocabulo, vitam appellabant: quibus proinde idem erat ire ad Vitam, adorare Vitam, atque ire ad Eucharistiam, adorare Eucharistiam, suscipere Eucharistiam, teste Baronio tom. Xmo.

7mo. In Eucharistia realis praesentia Xpi Dni

Melchisedech -- proferens panem, et uinum. Genes. 14. 18. si non esset in hoc sacramento, nisi figura corporis Xpi, in pane, et figura sanguinis in vino, tunc non differret sacrificium Xpi à sacrificio Melchisedech sacerdotis, qui offerebat panem, et vinum, quod significat corpus et sanguinem. Ideò secundum hoc non mutasset sacrificium Agni Paschalis in rem aliquam, sed solùm figuram in figuram, magis claram in magis obscuram: melius enim significat Agnus Xpum, quàm panis et vinum. Item, cur dicit Paulus 1. Corinth. 11. 27. qui indignè manducat. Comedere enim huiusmodi figuram indignè, non videtur dignum tanta poena. Item, si intelligeret sola figura, quomodo Apostoli reputassent ipsum sermonem durum Joan. 6. 61. non enim comedere figuram corporis Xpi, esset supra usum solitum. Similiter ibidem Litigabant Judaei etc. v. 53. S. Humbertus serm. 44. In solemni Communione

8uo. Siquis manducaverit ex hoc pane etc. Joan 6. 52. Theophilactus: non dixit panis, quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Si in Eucharistia est juxta Calvinum, nudus panis non corpus Xpi: ergo perperàm Xpus praefert Eucharistiam ipsi manna: ut pote quod erat sapidius, et sublimius, pane. Et ita intellexerunt Christum Capharnaitae et discipuli Xpi: scilicet, quod vellet vere

et propriè carnem suam manducari. etsi modum manducandi sacramentaliter sub speciebus Panis, et vini, ignorarent: nec eum, etsi Xpus explicuisset hoc tempore capere potuissent. Et tamen eos, licet graviter offenderent, non correxit Xstus; cum hanc eorum offensam, et apostasiam, unico verbo impedire potuisset, et debuisset, dicendo, se loqui mysticè, scilicet, quod manducare carnem suam non sit aliud, quàm credere, se esse incarnatum, et passum, pro salute hominum. Cum ergo hoc non fecerit, certum est, ipsum loqui de manducatione carnis suæ reali, et sacramentali, in Eucharistia. Cornelius hic.

9no. *Hæc in figura facta sunt.* 1. Cor. 10. 6. Res figurata suâ figurâ nobilior est, sicut corpus suâ umbrâ, ac homo suâ imagine. Ergo sacramenta novæ Legis, et præsertim Eucharistia, quasi res figurata, nobilior esse debet sacramentis ~~novæ~~ Legis veteris, ipsoque mannâ figurâ Eucharistiæ. Christus disertè corpus suum in Eucharistia præfert ipsi manna. Joan. 6. Idem.

10mo. *Nonne communicatio Xsti sanguinis est?* 1. Corinth. 10. 16. Ergo non typus sanguinis, ut vult Calvinus; sed ipsissimus Xsti sanguis est, et nobis communicatur in calice Eucharistiæ. Si dicam, do tibi aureum, verum, non fictum, intelligis. Si te invitarem ad epulum cervi, vel leporis, et imaginem cervi apponerem; nonne ridiculus essem et impostor? Idem hic.

11mo. *Hoc est corpus meum.* 1. Cor. 11. 24. Omnes Evangelistæ, et Paulus, corpus hoc explicant, cum addunt, *quod pro vobis datur, tradetur.* Atqui non figura corporis, sed verum Xsti corpus pro nobis datum, et traditum est: ergo. Nota etiam: Christus genimen vitis vocavit, non id, quod erat in calice Eucharistico, sed quod in calice Agni Paschalis. Idem hic.

573.

x2mo: Cum Christus ipse sic affirmet, atq; dicat de Pane: hoc est corpus meum; quis deinceps audeat dubitare? Atq; eodem quoq; affirmante, et dicente: hic est sanguis meus; quis dubitet, et dicat, non esse illius sanguinem? Aquam mutavit aliquando in vinum, quod est sanguini propinquum, solâ voluntate; et non erit dignus, quod vinum in sangvinem transmutasset. Sanct. Cyrillus Hierosol. mystag. Catech. 4.

x3tiô. Vere tu es Deus absconditus. Isaia 45. 15. Alij vertunt: Deus absconsionum, quia non unam tantum rem in Eucharistia abscondit, sed plures: scilicet personam suam, opus, et modum. In his quoq; tria discimus; in nobis virtuose abscondi nostram personam, opera nostra, et bonorum operum intentionem. Didacg Nissenus serm. in die Cinerum.

In Eucharistia velatus Xstus.

x4to. Abominabile esset, carnem humanâ visibiliter comedere, et sanguinem bibere. Sed, sicut medicus coopérit pillulam hostiâ, ne personis delicatis sit fastidiosa; ita Xstus medicus noster, cujus caro est pillula salutis nostræ, cooperit ne videatur. S. Vincentius Fererius serm. 1. Festo Corp. Xsti

x5to. Quærit Albertus magnus de sacr. alt. s. 7. quare datur velatum corpus Dominicum? Responsio: prima ratio, indignitas pravorum, secunda, fides bonorum. Ut qui indigne sumunt, minus ex illo sumant exitium; et qui digne communicant, cum fœnore gratiæ amplioris id faciant. Secretum se utriusq; permittit etc. Didacg Nissenus sabbat. post Ciner. §. 1.

x6to Nondum venit hora mea. Joan. 2. 4. Sciens Jesus, quia venit hora ejus. Joan. 13. 1. Tempus suum vocat, in quo eximiam charitatem ostentat; esse cibum, et convivam habet hominum prodelicijs. De Arones in Isai. 3. discursu 5.

17mo Hoc sacramentum est memoriale suæ dilectionis: quia dilexit nos et lavit nos in sanguine suo à peccatis nostris. Apocal. 1. 5. Solet utique homo, cum est in magno amoris fervore, ex vehementia amoris facere magna. In illo fervoris excessu, quando paratus erat pro nobis in mortem tradere vitam suam, ab excessu amoris majus opus agere coactus est, quàm unquam operatus fuit ab origine mundi; dare nobis corpus in cibum, et sanguinem suum in potum. Ideo in persona Christi ad Dominum Propheta ait: Zelus domûs tuæ comedit me. Psalm. 68. 10. idest, immensus animarum zelus, et zelans amor, me comestibilem fecit. S. Bernardinus Senensis S. 54.

Amor à Xsto exhibetur in Eucharistia

18uo: Coques ex ea duodecim panes. Levit 24. 5. Figura sunt Eucharistiæ, ut docent Hieronymus, Cyrillus Hieros. Damascenus, Hesichius, Rupertus. Sunt autem et figura Apostolorum, participatione sacramenti ita Deo uniti, et conformati, ut et ipsi panes dicerentur. S. Cyrillus Alex. in Caten. Græc. ad Luc. 6. 20. panis siquidem de cœlo descendens, et vitam dans mundo quisnam alius sit? præter omnium Salvatorem Xstum. Ad imitationem autem ipsius panes appellati sunt beati discipuli, consortes facti panis nutrientis nos in vitam æternam. Sylveira in Joan. 6. q. 41.

Eucharistia unit nos Xsto Domino.

19no Non sufficit ipsi, hominem fieri, flagellis iterum cædi; sed nos secum in unam, ut ita dicam, massam reducit. Neque id fide solum, sed reipsa, nos corpus suum efficit. Multæ matres post partum aliis nutricibus infantes dederunt; quod ipse facere noluit, sed proprio corpore nos alit, et sibi conjungit, atque conglutinat. S. Chrysostomus hom. 83. in Math. 26.

20mo Memoriam fecit mirabilium suorum. Psalm. 110. 4. In præparatione, et dispositione et ordinatione istius benedicti Panis, scilicet Sacramenti Eucharistiæ,

575. Deus tot, et tanta mirabilia inclusit; q̃d in ipso videtur quasi omnium mirabilium, quæ ab initio mundi fecit, memoriam renouâsse. S. Thomas Aquinas opusc. 20. de Eucharist. c. 1.

21mo Omnia dedit ei Pater in manus. math. 35. ut nobis communicaret: de plenitudine ejus accepimus omnes. Dona dei non sistunt in uno, sed ad plures derivant. Nota: manus dicit in plurali, non manum, vel digitos: declarans ~~magnitudinem~~ magnificentissimam suam in Eucharistia liberalitatem. Syluira hic q. 13.

22do Cœnaculum magnum stratum. Lucæ. 22. 12. Mirabile est Dominum Jesum in stabulo voluisse nasci, et in præsepio reclinari, et in monte caluariæ, loco scilicet infimo, in cruce mori, et in angusto sepulchro sepeliri; ac demum, dum vixit, dicebat: Vulpes foueas habent etc. math. 22. 12. Cœnam verò magnam Eucharistiæ in cœnaculo grandi strato apparare. In quo singularem magnificentiam, qua erga homines utebatur, voluit ostendere. Diez Dom. 2. Pentecost. conc. 2da.

23tio Caro mea verè est cibus. Joan. 6. 56. Cur non meminit quoque animæ, et diuinitatis suæ? in hoc sacramento, ut docet Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 3. sub specie panis continetur corpus Christi ex ui verborum; sanguis verò, anima, et diuinitas ac tota Trinitas, per concomitantiam. Solum de corpore, et sanguine, facit mentionem tanquam magnificus Princeps in suis donis; in quibus minora solet publicare, majora tacere. Syluira hic q. 27.

24to Dominus Jesus, in quâ nocte tradebatur accepit panem. 1. Cor. 11. 23. Paulus qui millies Jesum nominat, contentus hoc sacrum nomen exprimere sine alio titulô, ubi verò ad cœleste conuiuium accedit, statim ait, Dominus Jesus. Cur modò potius dicit Dominus Jesus? Sic regius apparet in conuiuio, ut

nequeat sine horore compellari. Baeza t. 3. l. 14. c. 10. §. 25. 576.

25to. Hic est ultimus, et supremus gradus largitatis divinæ. Nam primus est, quo largitur sua: omnia subiecisti sub pedibus ejus: Secundus gradus, quo largitur suos, idest Angelos: 3tius, quo largit se nobis. ~~[illegible]~~ S. Bernardinus Senens. Serm. 54. a. 2.

26to. Non unum aliquod invenis vocabulum, quod tantum sacramento digne valeat appellare, nisi quod Græcè dicitur Eucharistia, quod exponitur Bona gratia. Innocentius. III. de sacr. Altar. myst.

27mo. Quærit Algerus L. 3. de sacr. cap. 4. cur Xpus Eucharistiam instituerit sub humilibus speciebus? R. in sacramentalibus speciebus non quæsiuit dignitatem, sed aptitudinem, ut omnes tanto beneficio gaudeant, ut vitæ panis cunctorum usui, et esui, sit expositus; sub rerum nec magnarum, nec pretiosarum, sed passim obviarum, et quæ parvo haberi possunt, speciebus instituit. Majorem enim rationem utilitatis nostræ, quàm propriæ majestatis habuit. Didacq Nisseno Fer. 6. Dom. 3. Quadrag. §. 5.

28uo. Ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Dni. 1. Reg. 5. 3. Non minus corruit olim Dagon coram arca contritus, quàm nunc diabolus coram Ssma Eucharistia. Mendoza hic. — Eucharistia est Victoriosa confortab.

29no. Corvi quoque deferebat panem ei. 3. Reg. 17. 6. Cùm ministraret Eliæ corvus, epulum quotidie comedebat, et quotidie famebat: verùm cum eidem panem attulit Angelus. 3. Reg. 19. 7. adeò reficitur, ut quadraginta diebus ambularet in fortitudine cibi illius. Unde merito Xpus, qui non temporalem refectionem, sed æternam hominibus meditatur, cavit, ne animal, ne angelus, sed ipse Deus acciperet hunc panem communicandum. Baeza

577.
4. 1. L. 3. c. 8. §. 16. Quoties apparuerunt
Angeli Sanctis Patribus timore perculsis, mox ab eorum
cordibus timorem expellebant. Noli timere Abraham
Genes. 15. 1. Jacobo: noli timere descendere in Ægyptum
Genes. 46. 3. Josue: noli timere. c. 1. 9. Gedeoni:
pax tecum, ne timeas. Jud. 6. 23. Zachariæ: ne
timeas. Luc. 1. 13. Joseph fili David noli timere
Matth. 1. 20. Ne timeas Maria. Luc. 1. 30.
Cum autem Elias timore perterritus fugeret à facie
Jezabel, Angelus ei apparens non dixit, noli timere.
Præferebat Angelus tamen sacræ Eucharistiæ Typum:
per quem Deus nos miro modo defendit. Et ideo super-
vacaneum Angelus indicat, noli timere. Sylveira
in Joan. 6. q. 44. Apparet fugienti Angelus
cibum præbet et tamen timorem de corde non excutit,
quia in corde Prophetæ magna erat custodia fortitudinis.
S. Gregorius hom. 14. in Ezech. Dicis de Elia, qd
cum sub umbrâ juniperi obdormisset, angelus Dni
pane confortavit. Sub umbra Juniperi dormit, qui
in fide dominicæ passionis requiescit. Hic autem
Angelico patrocinio excitatus ad devotam sumptionem
hujus sacramenti, illud comedit etc. S. Bernardinus
Senensis t. 2. serm. 24.

2do. Parasti in conspectu mensam adversus omes, qui
tribulant me. Psalm. 22. 5. Quinque sunt isti qui tribulant,
suggestiones inimici, exagitationes, cupiditates, delecta-
tiones, sæculi honores. Isti tribulant: qa hujusmodi,
qui vivunt, tribulationes carnis habent. Sed veniunt
ad mensam potentis: et ex mensâ præparatâ proficiunt
contra eos, qui tribulant eos. S. Chrysostomus hic
apud Naxera in Josue. 3. §. 19.

3tio. Alphonsus octavus Rex Castellæ Anno 1212,
die 16. Julij cum suis militibus Venerabili Eucharistiæ
sacramento armatus, Archi-episcopo Toletano crucis
vexillum præferente, ducenta millia Saracenorum
cecidit, quinque duntaxat, et viginti e suis deside-
ratis. Boulteman de Amore S. 1. cap. 4.

Examen Conscientiæ. 578.

Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ causa, quid quoq; die dixerim, audierim, Commemoro vesperi.

[illegible]

Exemplum.

Exemplis trahimur v. Trahimus retro. Soli nemo tibi
ē malus, Proelia miles pompejo fugiente timet Luca:
nullum scelus sint exemplo fuit. Verba docent,
exempla autem trahunt. Nemo alienô periculo cautus.

583.

Exilium

Fama

Donec eram sospes tituli tangebar amore. Pars mundi tibi nulla vacat sed tota tenet. Ore legor multo, notumq per oppida nomen non expectato dat mihi fama rogo. Toto legor orbe frequens. Leget et toto sparget nomen in orbe suum. Non ita contemptor volucris praeconia famae, ut terras protoris impleat ille meis. Donec ferram sospes tituli tangebar amore. Quaerendiq mihi nominis ardor erat. Terra tuis quocunq jacet, sub sole trophaeis. Multa virum meritis sustentat fama trophaeis. Virg. Unum pro cunctis fama loquetur opus. Mart. Transtulit aureo sed penda colomna, quo procul memnonq et aura rubentis regna legant, medijq vesper miratur astris. Sarb. Insignis toto constabit urbe orat. Prisci loquentur annales. Gloria ad Herculeas intonuit usq columnas, inclyta virtutis maxima grate tuae. Fama super aethera notus. virg. virus per ora ferct. Quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem. In freta dum fluvij current, dum montibus umbrae lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet semper honos, nomenq tuum Fama volando crescit.

Fames

589. Fabula.

Bayki to wszytko. naywięcey teraz Homerow na swiecie,
kazdy jak weźnie bayki nowe plecie.

Fœmina. vide amor.

Mari, igni, et muliere tria mala pejora vix reperies.
Melior ē iniquitas viri, quàm bene faciens mulier.
Scire suos fines matrona et fœmina debet. Mart.
Mulier aut amat, aut odit medium n̄ habet Plautus.
Mulier ē Paradisus oculis, infernus animabus, purgatorium crumenis, limbus cogitationibus. Hispan
Matrona ē fluvius Galliæ et Celtas â Belgis separans
Mulier citius flammam in ore tenebit, quàm secreta tegat.

Felicitas. lege fortuna. honor.

O terq quaterq beati virg. Luxuriant animi, rebq plerumq secundis. A magna fortuna n corrumpi, nec Herculis fugit. Superbia semp e vitium rebus secundis. Communiunt. Et rebq mores cessere secundis. Res intima felicitas e; nihil extraneum respicit. Huic semp servat vultum fortuna secundum. O fortunatæ gentes: Saturnia regna. ovid. Continuant superi pleno successa favore gaudia, successus novis successibq addant claud. Neminem dico nisi Dijs ee beatum.

597.

599. Festa

[illegible]

Fides.

1mo. Mulier amicta sole. Apocal. 12. 1. Ecclesia est amicta sole, scilicet Xto, ex claritate fidei, quam ipse prædicavit. Luna, idest, scientia Philosophiæ, sub pedibus ejus, et non super caput; quia in factis fidei nullus debet se regere per philosophiam. Et in capite corona stellarum duodecim; idest, duodecim articulis fidei fabricata. S. Vincentius Ferrerius S. 13. de coronis

2do. Dies clara est Fides, quando est sine errore: habet duodecim horas, scilicet duodecim articulos fidei. S. Vincentius Ferrerius F. 6. post Lætare.

3tio. Fides comparatur speculo mundo: quia sicut turris magna in modico speculo cernitur: sic majestas, et magnitudo Divina in speculo fidei repræsentatur. S. Bonaventura Diæt. Sal. c. 26. de fide.

4to. Non est in loco nostro consvetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias. Genes. 29. 26. Duas Filias habet Deus, idest, duas Ecclesias; triumphantes quæ est pulchra Rachel; sed sterilis est, quia ibi merendi locus non est: altera militans, Lippa Lia; quia nihil hic rerum Divinarum, et spiritualium videmus, sed tantum credimus, est tamen fœcunda, et plurimos parit filios. Prius Liæ nubere debemus, idest, in fide vivere, tunc Rachele fruemur. Diez conc. 3. Festo Expectat. part. BVo.

Fides prævia est necessaria ad visionem beatam

5to Audi filia et vide. Psalm. 44. 11. Videre desideras, sed audi prius; gradus est auditus ad visum. S. Bernardus Ser. 4. in Cant.

6to Psittacus, aut alia avis caveâ inclusa. Lemma: si videat, minùs illa canet. Non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitiâ inenarrabili. 1. Petri 1. v. 8. Populus Israeliticus olim dicebat: quomodo cantabimus canticum Dñi in terra aliena?

7mo Horologium solare: Lemma: Lux ipsam fit nota per umbram. Convertantur à tenebris ad lucem. Actor. 26, 18.

Claude oculos, natura Fides jubet, ut cernere noctes
Plus aliquid pleno nox dabit illa die. Hesius

505

8uo. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare! Joan. 6. 53. Jesus non edisserit modum, non red-
Fides certa, infallibilis. ditrationem, ne infirmaret fidem, quæ rationibus non fulcitur, quæ si reddunt fides ipsa diminuitur, et demit proemium. Simon Cassius. L. 11. c. 18.

9no. Accede huc, ut tangam te fili mi. Genes. 27. 21. Sapiens fuit Isaac, sed tamen erravit sensibus. Solus habet auditus verum, qui percipit verbum. S. Bernardus Serm. 26. in Cant. Omnes sensus, præter auditum, defecerunt in Isaac. Solus auditus immunis fuit. Caligaverunt oculi ejus, et videre non poterat: gustus in esu hoedi deceptus est: et decipiebatur etiam tactus ejus. Solus auditus à deceptione liber evasit. Unde et ait: vox quidem vox Jacob est, sed manus manus Esau. S. Bernardinus Senensis t. 2. S. 54.

10mo. Noli me tangere. Joan. 20. 17. meritò carnē redivivam Verbi prohibes tangere mulier carnaliter sapiens: plus quippe tribuens oculo, quàm oraculo; idest, carnis sensui, quam verbo Dei. Noli me tangere, hoc est, dissuesse huic seducibili sensui: innitere verbo, fidei assuesse: fides nescia falli. S. Bernardus Serm. 28. in Cant.

11mo. Qui credit in me etiamsi mortuus fuerit, vivet. Joan. 11. 25. Unde est mors in anima? quia non
Fidei Laus et fructus. est fides in ea. Unde est mors in corpore? quia ibi non est anima. Ergo animæ tuæ anima fides est. Sicut anima corporis, vita est corporis; ita fides animæ, vita est animæ. Venerab. Beda hic.

12mo. Accepit eum in ulnas suas. Luc. 2. 28. Ad salvationem nostram non sufficit videre Christum
Fides requirit opera. per fidem, sed ipsum recipere oportet in manibus per bona opera. S. Vincent. Ferr. Serm. de Purificat. B. V. M.

13mo. Quid faciendo vitam æternam possidebo? Luc. 10. 25. non dixit, quid credendo. Hinc 2. Petri 1. 10. Satagite ut per bona opera certam vocationem, et electionem vestram faciatis. Substantia sine accidentibus perit: ita fides sine operibus. Aqua frigore communis, calore absumitur. Stella Didacus ordinis S. Francisci, Lit.

14to. Ala. Lemma: Non sufficit una. Fides sine operibus mortua. Jacobi. 2. 20. Picinelli.

Fides cum amore

15to. Omnis qui credit in eum. Joan. 3. 16. Significanter dicitur in eum: ad differentiam credentium ipsum, sed non ipsum. Qui enim credunt, et factis negant, credunt quidem ipsum, sed non in ipsum. Qui autem fide quæ per dilectionem operatur credunt, ita credunt,

quòd credendo tendunt in ipsum. Cajetanus hic.

Aliud est credere illi, aliud credere illum, aliud cre- 606.
dere in illum. Credere illi, est credere, vera esse, quæ
loquitur. Credere illum, credere quod ipse sit Deus. Cre-
dere in illum, est diligere illum. Credere vera esse,
quæ loquitur, multi, et mali possunt; credunt enim esse
vera, et nolunt ea facere; quia ad operandum pigri
sunt. Credere autem, ipsum esse Deum, hoc et
dæmones potuerunt. Credere verò in Deum, soli
noverunt, qui diligunt Deum; qui non solo nomine sunt
Christiani, sed et factis et vitâ. V. Beda in cap. 2.
epist. Sancti Jacobi

16to Sicut corporis hujus vitam ex motu suo dignoscimus
ita et fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem
corporis est anima, per quam movetur, et sentit; vita
verò fidei charitas est, quâ per illam operatur.
S. Bernardus Serm. 2. in die Paschæ.

17mo Sicut in corpore quinque corporis sensus sunt; Fidei
ita in anima sunt quinque sensus spirituales. tepidæ
Visus est fides, auditus obedientia; gustus amor; olfa- damna
ctus spes; tactus patientia; Anima in peccato jacens
hos omnes sensus ligatos habet: ita enim credit, ac si
non crederet; ita sperat, ac si non speraret, atque obe-
dientia, patientia, et amore. S. Bernardus Ser. de
Quinque sensibus apud Diez Conc. 2. In commun. Virg.
Non sunt omnia verba S. Bernardi.

18uo Habere iam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet Matrem. S. Cyprianus in tr. de unitate Ecclesiæ.

19no Theodoricus Rex famulum, qui in ipsius gratiam fidem catholicam deseruerat, ense transfodit, dicens fieri non posse ut homini fidem servaret qui Deo fuisset infidelis. Eusebius L. 1. c. 10.

20mo Quod nimis miseri volunt, hoc facile credunt. Sen-
[illegible] fide. Fides populi credimus. Qui loquitur
Curios, assertoresque Camillos, nolite fronti credere. Mart.

Anapius et Am[illegible] phinomus Aeneam multi patrem et matrem ex incendio Catanae in Sicilia humeris sublatos à morte liberarunt. author Aelian. apud Ioan. Ravis. de amore liberorum in Parentes.

Amphinomus, fraterque suus sub munere fortes, Qui jam ignis superent incendia tutis accipiunt pigrum patrem matremque senilem. Mortuo in carceribus Miltiade Simon filius captivus se petivit ut ab Athen. sepulturam Patri impetraret. Ciconiae deportant suos genitores. Filij impij. Indi lege cavent parentibus mortem in sene. ne ad senectutem perveniant. Caspij 70 parentes in carceribus fame enecant. Celtae Iberique. Bactriani canibus laniendos objiciunt. Alius describit Sardis lege tenentur patrem et matrem senes occidere.

Raro excellentis viri excellens filius fuit. Te virtutis Paternae haeredem et similem Proavis Nepotem. Mali corvi malum ovum. Ex nobilissimis quoque arboribus, inutiles plerumque excrescunt stolones. Improbos profici-sci filios. Saepe ex magno Gigante parvus surrexit Pygmaeus. multi sunt, qui nihil Patrum, nisi nomen habent. Magni Genitoris Imago. Testis materna nata pudicitiae. Mart. Et pudicitiam suae matris indicet ore. Horat. Laudant simili prole puerperae. Ut: Scipio Parentalis avi. Filius Corona Patris. Magis heros fidus nascitur, quam scribitur. Prognatus magnis Ajacibus Ajax. Magni Progenies Patris.

622. Fortis

Hic locus Herculeo nunc clarus erat. Mart.
Herculis invictas potuit qd laudare vires,
inferius tibi robur erit. Non sunt Thesio
viresq acquirit eundo virg. Et mihi sunt vires
et mea stola nocent. Et vivisse sat e Hercu
leas minas Sen. Quid valeam nescis, et te
mea robora fallunt Ovid.

Filius Dei Adoptivus.

Finis

Finis coronat opus. Cœpit ædificare et n̄ potuit Consummare. Author imperfecti operis. Qui propter finem operant. Antequam initium tentent, exitium cogitent. Cœpimus ædificare et n̄ potuimus Consumare. Authores imperfecti operis. respicere finem. Quem tandem inveniet tam longa potentia finem.

Ot 7 — Flagellum et Flagellatio.

Z spatkow grzechowych bicz będzie na głębokie plagi, pod ktoremi ale podobna nie zapłakai P. Kowalicki in Com: Dni do 2.

Flores

Floret Ecclesia tot Virginibus coronata S. Cypr. l. 4 Ep. 8

Rosalia. Rosa. Roma in flore. Flos nobilitatis.
Flos virgineus. Flos inscriptus nomine Regis. Spinis coro-
natum caput. Flosculi mane puer. Quam brevi una dies, aetas
tam longa rosarum. Hesperij horti. sub rosa. Rosas loqui. Spes
in herba. Flores martirum. nos quoque floruimus, sed flos ille
fuit caducus. Flores apparuerunt in terra nostra. Gemmas
florum rosa. Expansas ad Caelum foliorum alas explicans.
Pestana rosa. Flos qui stare pro aris potest, et melius olet.
Rosas flosculorum [illegible]. Pallentes violae. Reges
florum lilia. Ridentis veris ioci. Flos Granadilla in america
exhibet. Flos Campi. Litus. Si hoc in viridi quid fiet in arido.

Fontes

Forma corporis.

Si tangas frangas ē in bulla nitidi forma
multis tetigisse visse fuit.

Forma ē pulchritudo ē ignis qui tangentes urit, distantes inflammat. Xenophon Gentilis. Forma ē eburneum detrimentum. Valerius. Pulchritudo ē modici temporis tyrannis Socrates. Pulchritudo ē tacita deceptio Theophrastus. Pulchritudo ē res infelix Euripides. ebalius clamat. sic de illa

Mulier melle mollior | Quæ corpus carpit et aurum haurit | Tria DDD stimis mina, Dæmon, Denarius Dna.
Et quo nitentior, eo nocentior | Idque latenter atque lactenter
Quæ dum se fovet, sibi favet | Non virgo, non virago, sed vorago. | Visitatio tua custodivit spiritum meum. Job 10 BVII.
Et dum vadit, et redit, ac radit.

Forma viros neglecta decet. Omnium oculos, animosque in semet convertit. Curt: Venda Regina Polonice dicta ideo hoc nomine à Polonis nuncupata ē; quod admirabili ejus formâ veluti hamo pisces, exterorum Principum corda capiebant. In Regum Imagi: de Venda. Latet ibi hostis occultus, ubi nimius ē in facie cultus. Ipse formosus vultus, ē hostis occultus. Speciosissimum malum. et truculentissima adulatrix ē formæ species. Dulce malum forma ē. venusta corporis species, ē quoddam mentis simulacrum. Plerumque elucet in fronte, quod latet in animo. Pulcher animi status, in facie decora, veluti in speculo relucet. Eē solet rara, pulchra pudica caro; lis ē cum forma magna pudicitiæ. rara ē concordia formæ atque pudicitiæ. Virtutem, mentisque pudorem, frons formosa tegit, formoso corpore claudit. Gratior ē pulchro veniens de corpore virtus. Venustas corporis non indedecoro virtutis ē domicilium. ut summa ē deformitas, cum à formoso vultu degenerat animus; ita suprema ē pulchritudo, cum venustati frontis respondet maiestas animi. Turpe mendacium ē, candor ingenii, umbra in pectore, frons explicata, animus involutus, facies decora, mens deformis. hæc oo ibidem. Fragravit ore rosarium Positi Ibid. Cui comparatus inde cens erat pavo. Et placido fulget vivus in ore decor. Te celebrem natura formâ creavit. quanta tua ē probitas, quanta praestantia formæ. Formâ pulcherrima Dido. Quod pulchrum ē gratum. Pulchritudo ē sibonis fraus.

1mo. Ecce ut Rerum humanarum Domina fortuna cui magnae Divitiae sunt, ecce inopem malorum. Prout cujq fortuna erat. Fessos duxit heri boves, dat magnis hodie jura Quiritibq. Et q bobq ademerat, imponit Gabijs, et Curibu juga. Phoebus aspicit magnum, q̄m tenuem viderat Hesperus. Fasces et dubias rotat fortuna mitras. Fortuna multis dat nimis, satis nulli. Mart. Passibq ambiguis fortuna volubilis errat, et manet in nullo certa tenaxq loco. Ovid. Fortuna saevo laeta negotio, ludum insolentem ludere ptinax, transmutat honores, nunc mihi, nunc alijs benigna. Horat. lusus fortunae etc: crescit decrescit. Nemini dat et quandoq libet fortuna rapitq, Joas ebe subitoq modo crebuserat. Claud. fortuna nimium quem fovet, stultum facit. Syrus. Vultus fortuna variat imagine lunae. Fortuna n̄ ōibus una. fortunae ludimur orbita.

631 Frater et Fraternitas.

Pobratai się z kim. Za Sanie Bracie z kim postępowai. kruk krukowi oka niewykoli. niewadźcie się z sobą, boście pod iedną leżeli wątrobą. jak bracia rodzeni, Brat za Brat. ni swat ni brat. brat łata, Bracia grzesznicy. bliźnięta.

Fraus

de furto

Taurum tollet qui vitulum sustulit. Si quaerit, R. nequam quaerit angulum. Prosperum ac felix scelus virtus vocat.

637.

Fulmen

641

·645

655

